

86  
Nebrija  
t.j.e.  
87  
Caja  
Caja  
26(2)

Aelius Antonius Nebris-  
sensis grammaticus Chris-  
tophoro Schobari perquam  
doctissimo viro atque iucun-  
do amico, S. D.

Ioannes Fluviolis (libet namque  
mihi more Hispano fingere nomina)  
vir probus: et quantum ex eius verbis  
atque diligentia potui cognoscere pro-  
bitatis tue studiosissimus: narravit  
mihi sepiissime quanta ingenuorum  
adolescentum frequentia literulas nos-  
tras in ista totius orbis terrarum insula  
propagaveris: atque ut tibi amice inge-  
nueque fatear fuit id mihi per iucun-  
dum: cum videam nomen meum ta-  
met si in te tenui crescere tamen  
indies. Quod si mihi per rei familia-  
ris rationem me in recessum quen-  
dam jam pridem destinatum reci-  
pere liceret (id quod nunc in hac curia  
regia molior) efficerem profecto ut non  
modo Siculi: sed universa Italia me ex

ingenii mei operibus cognosceret te  
presertim vindice atque preconē. Requiritur  
ea quæ longum est enumerare: nam  
eodem labore multa facienda erant.  
Quoniam eodem omnia quodammodo  
pertinebant: unum opus est in sacris  
litteris continens rationem nominum  
hebraicorum: sive illa sint propria  
virorum et feminarum sive locorum  
silvam multis annis intactam, ubi  
deprehensi sunt innumeri errores incuria  
librariorum in recentiores codices  
transcripti, vulgoque recepti. Adiecimus  
que artificium quod septuaginta primum,  
deinde reliqui interpretes tam  
greci quam latini secuti sunt: unde  
facile dignosci potest quæ dictio recte:  
quæ perperam scripta sit: alterum  
opus pertinet ad Cosmographiam: in  
quo rediguntur in lexicon et ordine  
alphabetario omnia quæ ad illam artem  
pertinent. tertium opus est de  
nominibus propriis virorum et feminarum:

sive illi sint clari sive obscuri: narrans  
 summatim quid egregium cuiquam acci-  
 derit. Quartum est vocabularium collec-  
 tum ex nominibus reliquisque partibus  
 orationis opus immensi laboris quippe  
 quod in septingentas duplices chartas  
 sit explicitum. Abolvi preterea supe-  
 rioribus diebus glossemata in christia-  
 nos poetas: Sedulium, Iuencum, Avato-  
 rem, Prudentium, taliaque minutiora  
 opuscula: quorum non potui tibi facere  
 copiam: quoniam manent apud me uni-  
 co exemplari signata: imprimenda ta-  
 men ante Kalendas decembris. superiori  
 anno edidi opusculum de vi atque potes-  
 tate literarum contra communem lita-  
 ras proferendi usum, eum libellum ad  
 te mitto: tu quid de illo: quidque alii  
 sentiant: quam primum nactus eris  
 tabellario, rescribito: atque tibi persua-  
 adeto te mihi esse charissimum iucun-  
 dissimum. Vale et ignosce imbecillitati  
 mee. Ep. Methymna vj. Kalen. Octobris.

Christophorus Schobar  
Bethicus Aelio Antonio  
Nebrissensi preceptori  
suo. S.D.

Nescio an quicquam dum vixi iucundius acceperim consummatissime preceptor quam quas literas Ioannes Fluviialis vir vere ingenuus abs te attulit mihi et pietatis et eruditionis plenissimas: quas non solum veneratus, sed deosculatus, sed demiratus: ac non secus quidem quam quibus mihi in maximo splendore vivere contingeret dignitatis tue vel tuende vel augende accinctissimo: inspexi in illis quantam me complectere pietate: et quanto conatu pro te cui omnia debeo indies sit eritendum. Suscepi igitur perpetuam propugnationem pro eruditione latina tua atque pro ornamentis tuis. Vereor tamen ne videar tibi meas Thrasonico more cicatrices enarrare. Dicam tamen rem quam verissimam: plus quinquagies cum varijs latinitatis preceptoribus et apud Siculos,

et alibi decertavi: ubi nullum farum:  
 nullum forum, nulla pulpita tuum Chris-  
 tophorum non viderunt tametsi patria  
 barbarum: quid mihi semper preclaro  
 assumpti honori iugiter victorem, quoad  
 facere deditioem ingenue fatentes tuas  
 latinitatis introductiones ordine; brevita-  
 te; probatione: et perspicuitate ceteris  
 omnibus anteire: addo etiam precep-  
 tionum capacitate integerrima persua-  
 su invictissimus sum professus maxi-  
 me authoratus eas impressi vel attrac-  
 toribus compulsissimus: ac tandem  
 sum commentus ociosissimus: ut quem  
 otium ipsum ad negotium summi amo-  
 ris vix dixerim, Philistrum detruserit.  
 Adieci nonnulla opuscula: sed quæ  
 sint ea: cape. Lauren. Vallen. ficus.  
 eiusdem Lauren. caput de facio. et in  
 eundem Lauren. pro Priscia. superlativi  
 expositio. in Atlixan. pro tuo nomine  
 virgo pulcherrima. Dialogus de excepte  
 actionis verbis. de verbis aprosopis lon-  
 ga dissertio: et alia minutiora: quæ omnia

ad te intra paucos admodum dies: evo-  
labunt tanquam numen suum adora-  
tura. tuamque limam subitura. opus-  
culum tuum de vi ac potestate literarum  
quod ad me misisti non Siculi modo: sed  
et Itali tanti faciunt: quanti rei latine  
antehac de istiusmodi ratione opuscu-  
lum aliud non fecerunt magis unquam:  
nisi quod latinum apud hispanos venasci:  
cum id vident persancte testantur.  
Vale et rescribe etudissime preceptor.  
Nam quod ad me attinet officium plane  
splendissimum nomen tuum indies ma-  
gis magisque subolescere, quod et vere-  
rabor et observabo perpetuo. Vale ex  
episcopio Carmensi idibus Julij.

tj. b.

Francisci Ruizii ad  
adolescentes prorepticium  
Carmen.

Solvite vela noto candentia culta iuventus:  
Navigeras sulcet parvula puppis aquas.  
Stupea iam laxet preduros ora rudentes:  
Nam proreta carit grande celeusma bonus.  
Castora veluti fratrem aut qui presonat equora  
concha

Cernite iam faciles non prohibere vias.  
 Tonsaque tranquillae levis de verberet undas:  
 Nec trepida Tiphis dirigat arte ratem.  
 Ipse gubernator clavum protendat in equor:  
 Lucida iamque helice: iam cyrosura patet.  
 Martia Caesarem sedem quam Roma vocabat  
 Cernit: et tutum per freta monstrat iter.  
 Littora portumque melicertaque summa legentes  
 Excipit: et fausta carbasa tenta manu.  
 Et numerosa coit proles genitusque thoosa:  
 Concita cerulei quo cadit ira maris.  
 Monstra Satinorum totum bacchata per equor  
 Bœthicus e vitreo iussit abire salo.  
 Naucaque non latrat rabide vertigo malee:  
 Quo sublimis apex astra rotata gerit.  
 Quo trahit egeos fessos de gurgite curvus:  
 Qui trahit a nando nomina natus ope.  
 Bosphoree stabunt fixe super equora rupes:  
 Nec dubium syrtis iam dabit ulla mare.  
 Si cana non cecis canibus vallata carybdis  
 Vexabit lacere robora fracta ratis.  
 Unus est immensas domuit tyrrhinius hydras  
 Atque triumphato victor ab orbe redit.  
 Haud secus Antoni superasti noxia lingue:  
 Monstraque victrici cuncta subacta pede.  
 Gloria nec maior Libycis Anthea cadentem  
 Finibus hirsuta complicuisse manu.

Tex germinumque ducem hesperijs effundere in arvis  
 Laus minor: et fulvum Bethis habere pecus.  
 Sevius huic cedat populi qui fama Quirini  
 Primus Sardo conditus exul humo.  
 Grecula mallote sileat iam musa cratetos:  
 Grammata Romulidis qui dedit ista prior.  
 Queque Palemonij pepererunt culta labores  
 Hec tribuit larga dogmata charta manu.  
 Utque Dioneam venerem depinxit Apelles:  
 Et macedo vultus ambitiose tuos.  
 Praxiteles sculpsit spirans et gr̃a marmor:  
 Utque Myron vivam duxit ab ere bovem.  
 Sic Aspinate Antonius rettulit annos:  
 Atque Corymbiferi grandia sarta Dei.  
 Hunc decet herculea circumdare tempora fronde:  
 Barbata subque gravi tundere colla iugo.

### Autoris vita.

Bertul.  
 Digna  
 hæc que  
 in Fron-  
 tisprio  
 et sum-  
 ma po-  
 nantur  
 in arte

Hoc igitur noster Antonius animo com-  
 plectens, postquam sub preceptorum sue Pa-  
 trie Nebrisse institutis grammaticalibus  
 rudimentis logicesque preceptis suam exple-  
 vit pueritiam, salmaticis exercitijs annos  
 quinque diligenter operam dedit, quibus com-  
 pletis mente voluens se non satis eruditum  
 esse Italiam petiit anno eius vigesimo: ut  
 illic latine lingue autores iam multis ante



seculis ab Hispania exules ut amissam <sup>5.</sup>  
possessionem patrie longa per itinera mag-  
noque labores restitueret: ubi (multis con-  
sumptis temporibus) tum grammaticam,  
tum poeticam artem affluenter potavit.  
Demum reditum facere intendens ad pa-  
triam hanc scripsit elegiam. Salve parvulle.

*nihil  
verus-  
tius:  
nihil  
vetus-  
tius* } Hos ergo per labores nostri temporis  
iuvenes redarguuntur, qui si semel libel-  
los legerint: si iterum ac rursum pulpitum  
ascenderint: oratoriam facultatem se pos-  
sidere arbitrantur. Valete iuvenes, acci-  
piteque leti dogmata nostri libelli.

Exhortatio cum huius  
operis authoris commenda-  
tione magistri Raymundi  
Palasini suo ad  
tyrunculos.

Cum mi iuvenes (teste tullio ad  
hortensium) multis cognitio sit obs-  
tructa difficultatibus: tum in ipsis re-  
bus insit obscuritas nostrisque in iudi-  
cijs infirmitas: necnon vita (teste Hip-  
pocrate) brevis: ars vero longa, experimen-  
tum fallax, sine desidia studio invigilan-

dum est: quemadmodum veteres sapien-  
tie amatores vigilarunt: unde Socrates  
si nihil scire dicebat: tamen (ut ait Va-  
lerius libro octavo) addiscere quotidie non  
desistebat: de Pythagora etiam fertur  
quod doctrinis iugiter insistebat: unde  
Ennodius dicit: artium magistra ins-  
tantia est: nouercaque etuditionis est  
negligentia: ideo non immerito moralis  
precepit. Instue preceptis animum, ne  
discere cesses. Nam sine doctrina vita  
est quasi mortis imago. Diuus quoque  
Severinus in libro de disciplina: dili-  
gentia cuiuslibet operis obtusitas per-  
mollitur. Idem in tertio capite, quid  
enim in dilectionis opusculo lucidius  
constantia, quid inconstantia nequius?  
prima perit: secunda parva dissoluit.

tij.a.

Antonii Nebrissensis sa-  
lutatio ad patriam suam mul-  
tis annis non visam: et memorata  
infantia sua, facta quoque excu-  
satione tam longe more pollicetur  
post emeritos sue professionis annos

se in patriam rediturum.

6.

Salve parva domus: pariter saluete penates:  
Atque lares ortus conscia turba mei.

Hic primum rosei vitales luminis auras  
Carpsimus: hic nutrix ubera prima dedit.

tiiij.b. Hic mihi nascenti primum risere parentes:  
Vagitusque meos audiit iste locus.

Hic fuerant cune que me sopiere iacentem:  
Hic cecinit mater carmina dum uigilo.

Ex collo patris onus hic predulce pependi:  
Et matris gremio sarcina grata fui.

tiiij.a. Repsimus hic pueri: brevis hec tulit arca  
Quadrupedum teneras sustinuitq; manus.

Hic primum steteram bipes et crepitacula  
Blanditias matri, blesaque <sup>(primum:</sup> <sup>serbo tuli.</sup> squassans:

Hic locus infantem paribus colludere vidit:  
Perdere: et ancipiti vincere sorte nuces.

Hic sexta ludens equitavi in arundine longa:  
Atque trochiscus erat maxima cura mihi.

tiiij.b. Accipe me reducem per tanta pericula vectum:  
Post annos multos accipe me reducem.

Accipe me reducem nec dedigneris alumnum:  
Qui tibi magnus honos: gloria magna fuit.

Ne mihi succense pietas patrieque, patrisque:  
Quod genitale solum visere lentus eram.

Quodque tuo carui tam longo tempore vultu:  
Qui mihi debuerat numinis esse loco.  
Nam si complexu me detinuisset inertem  
Dulcis amor patrie: dic quid uterque foret?  
Illa quidem multos latuisset forte per annos:  
Obscurumque esset nomen in orbe meum.  
Literulis vero nostris nunc vivit uterque:  
Et famam nobis secula multa dabunt.  
Idque peragrato tantum sumus orbe secuti:  
Dum profugi sequimur quod didicisse iuvat.  
Sed si frigida mors mihi non irruerit annos:  
Climaticam legem si superare datur.

Tv.a. Si datur emerito musis tranquilla senectus:  
Nec properat lachesis frangere seua colos.

Tv.b. Que genuit tellus: que me tulit habere largo  
Componet cineres: exipietque meos.  
Hic vite portus: requies hic certa laborum:  
Hic mihi defuncto dulce levamen erit.  
Hic ubi casta iacet mater: pariterque sorores:  
Quas immaturo funere mors rapuit.  
Nam quid ego de te frater charissime dicam.  
Qui bene pro Christi religione iaces.  
Qui bene pro patria cecidisti informe cadaver:  
Vulturibus seuis dans animamque Deo.  
Hic ubi cum proavis et avis pater ipse iacebit:  
Hic ubi permisto pulvere tota domus.

Ut quoniam uobis carui dum vita manebat:  
Orbatus saltem lumine, morte fruax.

Finis.

tviij. a. Audistis Anserem: Audite nunc olorem.

tviij. b.

Ad artem suam Author.

O mihi per multos caste nutrita labores.

Arts mea: quam genui tempus in omni vale.  
tempus in omnē vale: neque enim tuus addere

Sed neque quod genitor demere possit, <sup>(quicquam:</sup> hz.

Quem sua nunc etas opera, ad majora remittit:

Queque sibi fuerint inuidiosa minus.

Et te iam grandem latebras exire paterni

Liminis: et media vivere luce dedit cet.

Sed ne sola domo vadas: glossemata iunxi:

Que te circumstent quolibet ire velis.

tviij. a. His comitata metu posito contemnere vulgus:

et detractorum verba maligna potes

Qui non agnoscant cum te, mera somnia fingunt:

Qui nihili versus supponere meis.

Itō bonis auiibus: tamen impertire salute

Multa discipuli sint vbiunque mei.

Sive ego quos docui, vel si quis doctus ab illis:

Nam licet: et fas est dicere utrosque meos.

At si forte roges: quo primum vertere cursus

Quamq; tibi iubeam postinus ire viam:

te prius ad nostre hinc Auguste limina perfer:

Nusquam tota tibi est ianua aperta magis.

invenies illic ab eadem stirpe sorores  
    Que te subcollent excipiantque sinu  
Altero qua nostro mutatur sermo latinus:  
    Altero, que hispane nectere verba docet.  
Preterea fratres alia sed matre gemellos  
    invenies: quo tu non aliena petes.

Alter enim latio sermonem reddit iberum.  
    Alter ab Hispanis verba latina refert  
Si regina tuos repetet voluetque libellos.

Utq3 solet: vultus forte serenus erit.  
Pauca tui referas memor hec mandata parentis:  
    temporibus vestris nonnihil ipse dedit.  
Quod si tu nobis felicia tempora dones:  
    Et meus illustrat secula vestra parens.

Finis.

t vij. b.

Aelius Antonius Nebrissensis,  
    Isabelle Principi sue. S. D.

Cum introductiones meas preclaris-  
simo tuo nomine recognitas atque inter-  
pretatas edere cepissem: multi a me pe-  
tuerunt, ut illum ipsum prologum quo sum  
celsitudinem tuam prefatus enarrarem,  
tum quod propter eas antiquitates que in  
eo perstringuntur subobscurus atque diffi-  
cilis cognitu videretur, tum etiam quod  
rei literarie professores a proemio librorum

Semper auspicari consueuerunt. Et 8.  
quamquam multa erant que me id facere  
prohiberent: tum q̄ Commentarios com-  
mentariis inculcando nimio apparatu  
tempus insumebatur. tum q̄ officium in-  
terpretis est multa in commendationem  
authoris illius dicere quem exponit: tum  
denique q̄ nullo exemplo aut perquam  
raro id fieret: ut quisquam autor opus  
suum interpretaretur, gessi tamen illis  
morem. quibus nihil denegare potui.  
Expositionem igitur prefationis aggredia-  
mur. Ad optimam eandemque maximam.  
In titulo sive indice, sive inscriptione  
cuiusque operis duo precipue annotanda  
sunt, nomen authoris, et subjecta libri  
materia. Quidam addunt et personam  
cuius nomine opus illud inscribitur: que  
si expressa non fuerit &c.

F. j. a.

Ad optimam eandemque  
maximam Augustam Isabellam hu-  
jus nominis tertiam Hispanie ac  
Insularum maris nostri reginam  
clarissimam. Aelij Antonij Ne-  
brissensis grammatici in recogni-

tionem commentariosque introduc-  
tionum suarum, quas de sermone  
latino bis ediderat: Prologus inci-  
pitur feliciter. \* 1.

Thales ille Milesius qui fuit  
unus idemque primus illorum: quos  
Grecia iactat sapientie studiosos:  
interrogatus aliquando quisnam  
esset sapiens? Tempus inquit: sub-  
iecitque euestigio causam: quod om-  
nia inueniat. Preclara me hercule  
vox, tali viro digna sententia: que  
declarat nullam esse artem ex his  
que sunt humano ingenio adinuenta,  
quam non temporis longinquitas ab-  
soluat. Hinc et Aristoteles tempus  
inquit rerum repperit est adiutorque  
probus: unde et artium facta sunt  
additamenta. Quod cum a thalete  
primo: deinde ab Aristotele post

F. j. b. annos circiter tercentum dictum sit:  
Cleobolus Lydius qui fuit prope thaleti